



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Thecla V.M. 23. Septembris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

uid tam  
guinem  
tantun-  
ulliret  
crimen  
, quod  
iis exer-  
omni  
clamat,  
Juvenes  
erare, si  
tam de-  
trium  
quos  
inuit e  
dversus  
in nul-  
rubuit,  
am  
te allicit  
entitâ a  
aggredi-  
& non  
: Quid  
fecit

icit tibi Jesus, ut ejus adversarii partes suscipias? **Cum**  
**mundus oderit Christianum**, **quid amas qui te odit?** & non  
diligis eum, qui te redemit, & diligit? S. Cyprian.

2. Verte potius arma tua contra mundum: Arma  
ta juxta Apostolum ad Thessal. *sunt lorica fidei, &*  
*charitatis & galea spei* fide tuâ oppugna potestates te-  
nebrarum? quis zelus tuus in reducendis ad Deum  
errantibus? imitare zelum S. Mauritii. Spe tuâ abs-  
trahe te & alios ab inanibus præmiis falsò promit-  
tentis mundi, & provoca ad gloriæ supernæ bravium.  
charitate tuâ inflamma cor tuum & proximum tuum.  
Sequere Chrysologum. *Audiant te homines parva man-*  
*dantem, & grandia facientem.*

3. Qui militant Jesu Christo cum S. Mauritio non  
nisi fortiter occumbendo triumphant. Sicut & ipse  
Christus triumphavit moriendo. Vince & tu non re-  
sistendo iis qui te appetunt injuriis.

## S. THECLA V. M.

23. Septembbris.

*Inimici hominis domestici ejus.*

Matt. 10.

PRinceps earum Virginum THECLA me-  
moratur, quæ candidum animi pudorem  
Martyrii purpurâ exornârunt. Hæc à magno  
Paulo fidem Iconij edocta, cùm ab ejus ore  
dies noctesque è fenestra penderet; facile mis-  
so, qui ei è prima nobilitate fuit, sponso,  
Chri-

Christo amores suos addixit, quam ipsam  
 caussam cum castitatis Magister Paulus in vi-  
 cula esset datus, gemmis omniue Mundu-  
 muliebri distractis, aditum sibi ad eum mer-  
 cata est, eas demum gemmas aestimans, qua-  
 è Pauli ore legeret. Et vide in Virgine Hercu-  
 lem. Capta cicuravit, quibus objecta fuit  
 leones; domuit, quibus alligata fuit, ta-  
 ros; vicit undarum, quibus immissa est, mon-  
 stra; triumphavit, quos condescenderat, ignes  
 & flammæ, quæ nec Herculii pepercera-  
 Virginis pepercere; ut sciant, qui castitatem  
 eunt occisum, omnibus monstris insaniores  
 se esse. Cæterum tot victoriis inclyta Seleu-  
 ciam venit, ubi cum ægris compluribus salu-  
 tiferam manum porrigeret, Medici, quibus,  
 quod nullam jam lucelli spem viderent, oculi  
 scilicet dolebant, in Virginem infames ado-  
 lescentulos armârunt. Hos lenones cum fu-  
 geret quæ nec leones fugerat; jamjam com-  
 prehendendæ sinum rupes discedens pra-  
 buit, clausæq; castitati & asylon & tumulus  
 fuit. Itaque qui pudori periclitanti non con-  
 sulit, hunc ego etiam rupe duriorem dicam.  
*Ex D. Basil. & Metaphr.*

## MEDITATIO.

*De triplici hostium genere.*

I. Ho-

Homo hostes habet invisibiles, dæmones nimis  
rum, qui perpetuò ruinam ejus meditantur,  
invidiantur illi auri fulgore, suavitate voluptatum, ho-  
norum vanitate, omnibus deum rebus creatis; Ah!  
quoties ejus laqueis implicarer, nisi tutelaris Ange-  
lus gressus meos regeret. An angelo meo gratias egi?

2. Parentes amici nostri denique omnes, quando-  
que sunt hostes, crudeliores: eorum maleficia pie-  
tas periculosior est, odio infensissimorum dæmo-  
num, sæpe etiam extinguit voluntatem, quam habe-  
mus nos Deo consecrandi, & plus possunt subdolæ  
parentum blanditiæ ut saluti & virtuti nuncium remit-  
tamus, quam duriora Tyrannorum supplicia. Cru-  
deles parentes! infideles amici! si filium, si amicum  
amatis, quid eum ad tartara præcipitem agitis? perdidit  
nos aliena perfidia, parentes sensimus parricidas. Cyprian.

3. Non habet homo crudeliorem hostem, quam se  
ipsum. Pugnat caro adversus spiritum. Corpus ter-  
rena oblectamenta cupidius poscit; anima vero cæle-  
stia. Ad mortem usque produci debet certamen. Ca-  
ve: viriliter & jugiter certa. Ne tibi fidas, ne tibi blan-  
diaris; concupiscentia, unde omnia mala, cum vita  
duntaxat extinguitur. Concupiscentia minui potest,  
consumi non potest. August.

## S. GERARDUS Epis. Mart.

24 Septembbris.

*Solicitudine non pigri, Spiritu fer-  
ventes, Domino servientes. Rom. 12.*

Ge-